



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 Vtrum infundatur secundum capacitatem naturalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

est liberum arbitrium. ergo videtur quod charitas maxime sit in libero arbitrio, sicut in subiecto, & non in voluntate.

SED CONTRA est, quod obiectum charitatis est bonum, quod etiam est obiectum voluntatis. ergo charitas est in voluntate sicut in subiecto.

RESPON. Dicendum, quod cum duplex sit appetitus, sensitiuus scilicet & intellectiuis, qui dicitur voluntas, ut in 1. habitum est, vtriusque obiectum est bonum, sed diuersimode. Nam obiectum appetitus sensitiui est bonum per sensum apprehensum: obiectum vero appetitus intellectiui, vel voluntatis, est bonum sub communi ratione boni, prout est apprehensibile ab intellectu. Charitatis autem obiectum non est aliquod bonum sensibile, sed bonum diuinum, quod solo intellectu cognoscitur. Et ideo charitatis subiectum non est appetitus sensitiuus, sed appetitus intellectiuis, id est, voluntas.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod concupiscibilis est pars appetitus sensitiui, non autem appetitus intellectiui, ut in 1. ostensum est: unum amor, qui est in concupiscibili, est amor sensitiui boni. Ad bonum autem diuinum, quod est intelligibile, concupiscibilis se extendere non potest, sed sola voluntas. Et ideo concupiscibilis, subiectum charitatis esse non potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod voluntas etiam secundum Philosophum in 3. de Anima, in ratione est: & ideo per hoc, quod charitas est in voluntate, non est aliena a ratione. Tamen ratio non est regula charitatis, sicut humanarum virtutum, sed regula dei sapientia, & excedit regulam rationis humanae, secundum illud Ephe. 3. Super eminentem scientiam charitatem Christi. Vnde non est in ratione sicut in subiecto, sicut prudentia, neque sicut in regulante, sicut iustitia, vel temperantia: sed solum per quandam affectionem voluntatis ad rationem.

AD TERTIUM dicendum, quod liberum arbitrium non est alia potentia a voluntate, ut in 1. dictum est: & tamen charitas non est in voluntate secundum rationem lib. arbitrii, cuius actus est eligere. Electio enim est eorum, que sunt ad finem: voluntas autem est ipsius finis, ut dicitur in 3. Eth. Vnde charitas, cuius obiectum est finis ultimus, magis debet dici esse in voluntate, quam in libero arbitrio.

ARTICVLVS II.

Utrum charitas causetur in nobis ex infusione.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod charitas non causetur in nobis ex infusione. Illud enim quod est commune omnibus creaturis, naturaliter hominibus inest: sed sicut Dion. dicit in 4. c. de Diu. no. Omnibus diligibile & amabile est bonum diuinum, quod est obiectum charitatis. ergo charitas inest nobis naturaliter, & non ex infusione.

¶ 1. Præ. Quæto aliquid est magis diligibile, rãto facilius diligitur: sed Deus est maxime diligibilis, cum sit summe bonus. ergo facilius est ipsum diligere, quàm alia: sed ad alia diligenda non indigemus aliquo habitu infuso. ergo nec etiam ad diligendum Deum.

¶ 2. Præ. Apostolus dicit in 1. ad Tim. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: sed hæc tria pertinent ad actus humanos. ergo charitas causetur in nobis ex actibus præcedentibus, & non ex infusione.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est. Charitas est amicitia quedam hominis ad Deum, fundata super communicationem beatitudinis æternæ. Hæc autem communicatio non est secundum bona naturalia, sed secundum dona gratuita: quia, ut dicitur Ro. 6. Gratia Dei, vita æterna. unde & ipsa charitas facultatem naturæ excedit. Quod autem excedit naturæ facultatem, non potest esse neque naturale, neque per potentias naturales acquisitum: quia effectus naturalis non transcendit suam causam. Vnde charitas non potest neque naturaliter nobis inesse, neque per vires naturales est acquisita, sed per infusionem Spiritus sancti, qui est amor Patris & Filii, cuius participatio in nobis est ipsa charitas causata, sicut supra dictum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dionys. loquitur de dilectione Dei, quæ fundatur super communicationem naturalium bonorum: & ideo naturaliter omnibus inest: sed charitas fundatur super quadam communicatione supernaturali: unde non est similis ratio.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Deus, secundum se, est maxime cognoscibilis, non tamen a nobis propter defectum nostræ cognitionis, quæ dependet a rebus sensibilibus: ita et Deus in se, est maxime diligibilis, in quantum est obiectum beatitudinis. Sed hoc modo non est maxime diligibilis a nobis, propter inclinationem affectus nostri ad uisibilia bona. Vnde patet, quod ad Deum maxime diligendum hoc modo, necesse est quod nostris cordibus etiam charitas infundatur.

AD TERTIUM dicendum, quod cum charitas dicitur in nobis procedere ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, hoc referendum est ad actum charitatis, qui ex præmissis excitatur. Vel etiam hoc dicitur, quia huiusmodi actus disponunt hominem ad recipiendum charitatis infusionem. Et similitur etiam dicendum est de eo, quod Aug. dicit, quod timor introducit charitatem: & de hoc quod dicitur in glo. Matth. 1. quod fides generat spem, & charitatem.

ARTICVLVS III.

Utrum charitas infundatur secundum capacitatem naturalium.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod charitas infundatur secundum capacitatem naturalium. Dicitur enim Matth. 25. quod dedit unicuique secundum propriam uirtutem: sed charitatem nulla uirtus præcedit in homine, nisi naturalis: quia sine charitate nulla est uirtus, ut dictum est. ergo secundum quantitatem uirtutis naturalis infunditur homini charitas a Deo.

¶ 1. Præ. Omnium ordinatorum ad inuicem secundum proportionem naturæ primo: sicut uidemus, quod in rebus naturalibus forma proportionatur materiæ: & in donis gratuitis gloria proportionatur gratiæ: sed charitas, cum sit perfectio naturæ, comparatur ad capacitatem naturalem, sicut secundum ad primum. ergo uidetur quod charitas infundatur secundum naturalium capacitatem.

¶ 1. q. 27. art. 2.  
¶ 2. q. 11.  
¶ 3. q. 11.  
¶ 4. q. 11.  
¶ 5. q. 11.  
¶ 6. q. 11.  
¶ 7. q. 11.  
¶ 8. q. 11.  
¶ 9. q. 11.  
¶ 10. q. 11.  
¶ 11. q. 11.  
¶ 12. q. 11.  
¶ 13. q. 11.  
¶ 14. q. 11.  
¶ 15. q. 11.  
¶ 16. q. 11.  
¶ 17. q. 11.  
¶ 18. q. 11.  
¶ 19. q. 11.  
¶ 20. q. 11.  
¶ 21. q. 11.  
¶ 22. q. 11.  
¶ 23. q. 11.  
¶ 24. q. 11.  
¶ 25. q. 11.  
¶ 26. q. 11.  
¶ 27. q. 11.  
¶ 28. q. 11.  
¶ 29. q. 11.  
¶ 30. q. 11.  
¶ 31. q. 11.  
¶ 32. q. 11.  
¶ 33. q. 11.  
¶ 34. q. 11.  
¶ 35. q. 11.  
¶ 36. q. 11.  
¶ 37. q. 11.  
¶ 38. q. 11.  
¶ 39. q. 11.  
¶ 40. q. 11.  
¶ 41. q. 11.  
¶ 42. q. 11.  
¶ 43. q. 11.  
¶ 44. q. 11.  
¶ 45. q. 11.  
¶ 46. q. 11.  
¶ 47. q. 11.  
¶ 48. q. 11.  
¶ 49. q. 11.  
¶ 50. q. 11.

¶ Super quest. uigesimam quartam articulum tertium.  
¶ In ar. 3. q. 2. omnis duplex est duplex, & ad hominem. Nam author in primo sententia dicitur. 17. q. 1. ar. 8. mensurat charitatem secundum conatum recipiendi. Et ratio dicitur, quod cum charitas infundatur a Deo in creatura rationali, ex parte utriusque, scilicet agentis, & recipientis mensuretur. Author autem in corpore articuli solum Dei uoluntatem mensuram charitatis ponit. Ad euidenciam huius scito, quod dupliciter assignari potest causa quantitatis charitatis. I. simpliciter, & ex suppositione. Si quaritur causa simpliciter, sic est sola uoluntas Dei diuides singulis, prout uult.

iones habetur, & mens authoris diuerse interpretationi subesse videtur abique nullo sermone, ne moralis philoso phie terminos certaliter exisse videat, modum quo fit intensio, & remissio in formis, tangemus. Dicimus igitur, quod opinioniones diuerse sunt propterea quod quidam putant formam habere latitudinem perfectionis: quidam uero putant formam non habere latitudinem perfectionis. Et horum quidam dicunt formam in indiuisibili consistere: sed incho esse ipsius, quo subiecto incho, latitudinem perfectionis habere, & secundum hoc attendunt intentionem & remissionem formam: ita quod albedo magis est intensio, sed album est intensius, proprie loquendo. Opinatum autem formam habere perfectionis latitudinem, alii putant in illa latitudine dari partes successivas, ita quod albedo, quae intenditur, dividitur in partes successivas, sicut motus intensio, & in termino manet albedo terminis partes precedentes. Alii autem putant in illa latitudine dari partes permanentes, & distinctas inter se, ita quod adueniente una, non recedit alia. Alii autem putant in illa latitudine dari quasi partes, seu gradus permanentes, sed non in actu, sed unum tantum in actu, reliquos in potentia. Et inter hos est differentia, quae verbalis tantum uidetur, dum quidam putant hoc conuenire formae secundum se, quidam declarare uolumus, quam in ordine ad subiectum. Sed quia forma accidentalis, quae intenditur, & remittitur, secundum se habet ordinem ad subiectum, ut in littera dicitur: ideo idem dicitur in utraque opinione. Et quoniam haec ultima opinio est rationalior, & omnes difficultates accidentales in re solueri facile uidentur, Peripatetici quoque consentanea uidentur: ideo eam declarare uolumus, quam incho esse sancti Thomae in fallor. Scito igitur in primis quod quae in littera dicitur, forma secundum uiam effectiui habet quod incho, clare latitudo formae secundum esse, aut inesse, & non secundum formam effectiui, ignorantia proprie uocis dicitur. Propter quod prima opinio excluditur. Iudicium quoque de forma et natura motus, quo intensio fit, fallax inuenitur: quia incho patet limen incho, & remittit abique partibus successivis. Oportet autem uniuersalem doctrinam facere de formis, quae intenduntur, propter quod secunda quoque opinio excluditur. Partes autem, aut gradus simul permanentes in actu, distinctos in una & eadem forma, an liceat etiam erubescere schola peripatetica, quae decidit a suo preceptore, per adus & potentia naturam euidentia in aliquo distinguere. Et ex hoc tertia opinio recedit. Consonant autem sensui & rationi, ut forma quae intenditur, & remittitur, gradualis perfectionis latitudinem habeat, ita quod & calor, & esse caloris, in esse eadem latitudinem huiusmodi habeat: & cum de minus calido, pura ut duo, sit magis calidum, pura, ut quatuor, non corrumpitur praecedens calor, sed abicitur solum actualis terminatio caloris ad gradum ut quatuor. Sic enim salutaris motus de affirmatio in affirmatum abique forma corruptionis: sicut in uero motu augmenti, cum sortus de tripedali sit quadrupedalis non abicitur praecedens quantitas, sed solum actualis terminatio quantitatis ad tripedalem mensuram, & peruenitur ad actualem terminacionem quadrupedalis mensurae eadem quantitatis, & propterea non remanet tripedalis in actu, sed potentia. Et similiter non remanent praecedentes gradus caloris in actu, sed in potentia. Vide quemadmodum in motu diminutionis, cum sortus de quadrupedali sit tripedalis, ut quantitas in actu tripedalis: ita in motu remissionis cum de calido ut quatuor, fit calidum ut tria, fit calor in actu tertii gradus: nec refert utrum hoc fiat per motum, ut cum aliquod magis calidum: nec per remissionem, ut cum aliquod magis illuminatum. Verusque enim est eadem ratio in intrinsecis. Ex hoc autem remanentiae difficultates, An in huiusmodi intensioe actualis secundum aliquem gradum corrumpitur, non gradus ipsi euadunt patet, quod non fit intentio per additionem gradus ad gradum, proprie loquendo, ut diffusius in commentariis super artic. 3. quae. 5. in praecedenti libro manifestauimus: sed per educationem maiorem formae de potentia subiecti, uel aliquid proportionale in formis incho ab extra, ut charitas est. Et propterea in littera dicitur, quod formam esse maiorem, est ipsam magis

in esse suscipibili. Non enim negat author latitudinem in essentia forma, sed negat aliam esse latitudinem in esse ipsius formae respectu subiecti, & aliam latitudinem, aut incho subiecti essentiae formae secundum se: quia uult eandem esse rationem de essentia forma, & de esse, & inesse, quia ipsa est essentialiter res, cui conuenit esse in subiecto. Et uult huiusmodi latitudinem non conuenire formae secundum se idest, ut distinguatur contra seipsam, pro quanto respicit subiectum: sicut conuenit latitudo extensua quantitati molis, & latitudo obiectiua quantitati habitus scientifici, sed conuenire formae, ut essentialiter respicit subiectum. Ex hac namque parte conuenit formae uult author conuenire maiorem perfectionem intensiue. Et propterea in calore corporis articuli dicitur, quod intensio non fit per aduenientiam nouae formae. Hoc enim esse, si forma haberet aliquam quantitatem ex se ipsa, non per comparationem ad subiectum. Quod si adhuc de hac mente authoris dubitas, lege inferius in tertia parte quae. 7. articulo 12. incho 9. & uidebis latitudinem intensiuiam gradualem in essentia forma abique omni scrupulo. Ex hoc autem, quod iuxta hanc uiam nihil scrupulosum occurrit, & omnia consonant, apparet quod haec sola sit uera, & ab auctore intenta, uolente in huiusmodi motu non esse omnino nouum terminum, sed antiquum modo nouo se habentem secundum magis, & minus quod significat illas actuales terminaciones formae secundum huius, uel illius gradum. Charitas quoque eodem modo intenditur, a Deo tamen effectiue, ita quod non corrumpitur praecedens charitas, nec noua aduenit, sed quae erat terminatur ad tertium, terminatur ad quartum, uel sextum gradum actualiter. Et si ab importunis, aut Nouitius inquiratur, quid est illa terminatio quae abicitur, quae est terminus a quo, in intentione dicitur, quod nihil addit supra rem, pura tantum calorem, nisi actualitatem tertii gradus. Actus enim est terminare, distinguere, & separare. Haec enim deperditur, dum terminatur idem calor ad quartum gradum, & non deperditur quantitas ipsa caloris. Natura siquidem a tus, & potentia philosophata hanc aperit. In remissione quoque similes sunt termini, scilicet actualitates formae secundum diuersos gradus ut si de calido ut sex, fit calidum ut tria, terminus a quo, est actualitas sexti gradus, & terminus ad quem, actualitas tertii, quae prius erat in potentia: sed non est simile quo ad deperditionem, quia non solum actualitas sexti gradus deperditur, sed deperditur etiam quantitas a sex usque ad tria. Et haec ita sunt inter moralia.

In eodem quinto articulo in responsione ad primum, aduertit diligenter, quod non dicit author, quod quantitas continua intendatur in his, quae rarefunt. Hoc enim esse falsum, quia aer rarior non est magis quantus, sed magis quantum: sed mens authoris est, quod in rarefactione quantitas fit maior extensue non per additionem quanti ad quantum, ut contingit in motu augmenti, sed per maiorem extensiuem praecedentis quantitatis. Et hic modus augendi quantitatem est similis proportionaliter modo, quo augetur quantitas uirtualis formarum. Intenduntur enim non per additionem aduenientis quantitatis uirtualis, sed per maiorem perfectionem praexistentis quantitatis: ita quod sicut in rarefactione est extensio quantitatis dimensiuae praexistentis absque noua quantitatis additione: ita in intensioe est quasi extensio quantitatis uirtualis praexistentis absque additione. Et quia quantitas continua infra latitudinem continui communicat in hoc cum formis suscipientibus magis & minus (ex eadem namque radice, quam formae intenduntur, & remittuntur, quantitas hoc modo extenditur, & contrahitur, ut in littera dicitur) ideo forte author in Prima Secunde quae. 5. articulo primo, quantitatis continua, ut sic, species non excludit a suscipientibus magis & minus: in ueritate tamen extra illas sunt, unde & in littera non dicitur, quod quantitas in rarefactione intenditur, sed quod habet proprium augmentum, sicut aliae formae accidentales, per modum intensiois eius in subiecto. In his siquidem uerbis modus augmenti, quo extenditur in rarefactione quantitas, declaratur, quod est per modum quo forma intenditur in subiecto, quia sicut per maiorem educationem formae de potentia subiecti, quod in quantitate dimensiuia facit maius extensiuum, & in quantitate uirtuali facit maius intensiuum. Et non significatur per illa uerba, quod quantitas dimensiuia intenditur, & remittitur, nisi proportionaliter exponendo, ut declaratum est.

Secunda Secunde S. Thomae. H In

Tras. 5. in Ioan. de ciliando ad finem to. 9.

4101